I

36

CASSII DIONIS COCCEIANI

HISTORIARVM ROMANARVM QUAE SVPERSVNT

EDIDIT

VRSVLVS PHILIPPVS BOISSEVAIN

VOLVMEN IV

INDEX HISTORICVS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXVI

CASSII DIONIS COCCEIANI

HISTORIARVM ROMANARVM INDEX HISTORICVS

COMPOSVIT

HENRICVS SMILDA

ABSOLVIT RECOGNOVIT

VRSVLVS PHILIPPVS BOISSEVAIN

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXVI

Druck von C. Schulze & Co., G. m. b. H., Gräfenhainichen.

Praefatio

Viginti quinque elapsi sunt anni ex quo, tertio huius operis volumine, Dionis Historiarum Romanarum, quoad supersunt, ultima pars (L. LXI — LXXX) in lucem est edita. Sed desiderabatur etiamnunc index personarum et rerum, operis historici additamentum fere necessarium.

Eum conficiendum meam in gratiam susceperat Henricus Smilda, antiquitatis Romanae studiosis editione Suetonianae vitae Claudii optime notus.

Negotiis vero obrutus opus sane laboriosum — indicem enim et copiosissimum et vario usui aptum esse volebamus — per longam annorum seriem produxit, donec tandem aliquando nondum perfectum ipse ad finem perducendum recepi, ne diutius haec Dionis editio manca maneret.

Medio autem aestate anni MCMXIV in eo eram ut Weidmannis indicem prelo tradendum mitterem cum bellum exarsit. Nec vel saeviente bello vel proximis posthac temporibus de edendo eo cogitandum erat. Quo factum est ut plus decennium in scriniis meis lateret, unde superiore demum anno protrahi poterat.

Amstelodami mense Iunio MCMXXVI.

Monendum

Duplici numero indicantur fragmenta librorum deperditorum 1—35
triplici numero loci Zonarei, et Dionis loci ex libris 36—80:

1, $_1$—**111** $_3$ = fragmenta librorum 1—35 (I p. 1—358)
7, 1 $_1$—**9,** 31 $_9$: ex Zonara (I p. 1—320)
36, 1$^a{}_1$—**80,** 5 $_3$: ex libris 36—80 (I p. 359—III p. 476)

E. gr. **9,** $_1$ = fr. **9,** $_1$ (I p. 19)
9, 1 $_6$ = Zon. **9,** 1 $_6$ (I p. 220)
57, $_{23}$ = fr. **57,** $_{23}$ (I p. 220)
57, 23 $_3$ = lib. **57,** 23 $_3$ (II p. 585)

Advertendum librorum 61—80 divisionem a me institutam a priorum editorum divisione haud raro discrepare, me tamen veterem numerationem retinuisse (cf. I p. CIV). Quo factum est ut indicatio libri in summa sinisteriore pagina cum dexterioris paginae indicatione saepe non conveniat.

Veluti vol. III in summa pagina 70 legitur „reliquiae libri LXII" cum tamen p. 71 indicetur his duobus paginis inveniri LXIII 4 $_3$—7 $_1$, item p. 386 legitur „reliquiae libri LXXVIII" cum tamen p. 387 indicetur has duas paginas complecti LXXVII 11 $_5$—12 $_5$, et sic saepissime.

INDEX HISTORICUS

A.

ex Antinoi anima astrum factum esse dicit **69**, 11_{4}
magicis rebus deditus **69**, 11_{3}; 22_{1}
Aelia Capitolina loco Hierosolymorum eversorum condita, temploque Iovis in area dei Iudaeorum aedificato, Iudaei postquam longius abiit bellum movent **69**, $12_{1.\,2}$
contra Iudaeos optimos duces, in primis Iulium Severum mittit **69**, 13_{3}
propter multos milites occisos solito exordio in epistula ad senatum non utitur **69**, 14_{3}
Severum in Bithyniam ad res ibi ordinandas mittit **69**, 14_{4}
legatos Vologaesis Pharasmanum Iberum accusantis et Iazygum pacem petentium in senatum introducit, ipse ab hoc rogatus responsa dat **69**, 15_{2} (vide adn.)
templum Iovis Olympii Athenis perficit, in quo ipsius statua **69**, 16_{1}
in eodem draconem ex India adlatum collocat **69**, 16_{1}
archon eponymus Athenis Dionysia celebrat **69**, 16_{1}
Graecis permittit ut Panhellenium aedificent et idcirco certamina instituit; Atheniensibus donat magnas pecunias, frumentum annuum et totam Cephalleniam **69**, 15_{2}
senatores et ipsos et per alios vectigalia conducere vetat **69**, 15_{3}
L. [Ceionium] Commodum Caesarem designat, Servianum et Pedanium Fuscum necat **69**, 17_{1}; 2_{6}
mori frustra cupit votum Serviani explens **69**, $17_{2.\,3}$; 22_{1-4}; **76**, 7_{5}
Servianum imperio dignum declaraverat **69**, 17_{3}
Marcio Turboni ut quiescat consulit **69**, 18_{4}
praeter sanguinis effusiones etiam aqua intercute laborat **69**, 20_{1}, cf. **69**, 17_{1}; 22_{1}
Ceionio Commodo mortuo senatorum primores ad se convocat, apud quos Aurelium Antoninum Caesarem designat, iussum L. Ceionium Commodum et M. Annium Verum propinquum Hadriani adoptare **69**, 20_{1}—21_{2}
Annium Verum per iocum Verissimum nominat eumque Ceionio Commodo praefert **69**, 21_{2}
frustra Mastorem ad ipsum interficiendum impellit **69**, $22_{2.\,3}$
diaetam iam non observat et moritur **69**, 22_{4}
eius vitae et imperii anni **69**, 23_{1}
eius sepulcrum ad pontem Aelium **69**, 23_{1}

eius constitutiones de re militari usque ad Dionis tempora manent **69**, 9_{4}
eius libri pedestri sermone et versibus conscripti **69**, 3_{1}
Vespasianum a Tito veneno sublatum perhibet **66**, 17_{1}
Antinoum in Nilum cecidisse scripsit **69**, 11_{3}
patinam argenteam Vitellii conflari iubet **65**, 3_{3}
[Christianis favet **70**, $3_{1.\,2}$ (Xiph.)]

7. [P. Aelius] Hadrianus Afer, pater Imperatoris, senator et praetor **69**, 3_{1}
8. Imp. Caesar T. Aelius Hadrianus Antoninus Augustus Pius vide Aurelius n. 14
9. [L. Aelius Lamia], legatus ordinis equestris, pro Cicerone vehe-

Amisus
urbs Ponti, a Pharnace occupata et direpta **42**, 46_{3}
libertate donata a Caesare **42**, 48_{4}

amnestia
Atheniensium exemplo oratione Ciceronis commendata **44**, 26_{2-4}, decreta **44**, 34_{1}
cf. **60**, 3_{5}
vide praeterea impunitas

Amphilochus
eius oraculum Malli in urbe Ciliciae **72**, 7_{1}

Amphipolis
eo fugit Perseus **9**, 23_{8}, venit Aemilius Paullus **9**, 23_{9}, perducitur Perseus **66**, $_{4}$ [**9**, 23_{12}]

amphitheatrum
exstructum eo loco ubi Caracalla hiematurus est **77**, 9_{7}
praeterea vide Roma (amphitheatrum)

amuletum
innumeris utitur Elagabalus **79**, 11_{3}

Amulius
1. Albae Longae rex post Tiberinum **7**, 1_{8} [**4**, $_{10}$]
deum agit, cum regia sua lacu submersus **7**, 1_{8}
2. Procae filius, Numitoris frater, Albae Longae rex **7**, 1_{9} [**4**, $_{11}$], Aegestem fratris filium necat **4**, $_{11}$
Silviam Numitoris filiam Vestalem legit **4**, $_{12}$
huius filios Faustulo subulco exponendos tradit **4**, $_{13}$
a Romulo Remoque necatur **4**, $_{15}$

Amynander
Athamaniae rex, Thessalica stirpe oriundus, socius Romanorum fit **9**, 15_{4}
a Glabrione regno expulsus, quod Philippo regi Macedonum traditur **9**, 19_{7}

Amyntas
Deiotari dux, ad Caesarem et Antonium transit **47**, 48_{2}
quamquam olim Deiotari scriba rex Galatiae, addita parte Lycaoniae et Pamphyliae, ab Antonio factus **49**, 32_{3}
Antonio suspectus **50**, 13_{8}
eum regnum tenere sinit Caesar **51**, 2_{1}
gladiatores Antonio auxilio venientes damno afficit **51**, 7_{4}
moritur **53**, 26_{3}
eius filiis regnum non traditur **53**, 26_{3}

Anaitis
1. dea Persica **36**, 48_{1}
2. pars Armeniae, deae eiusdem nominis consecrata **36**, 48_{1}
ibi Pompeius hibernat **36**, 53_{5}, cf. **37**, 7_{5} (adn.)

Anas vide Aeas

anarchia
Romae per quattuor annos **7**, 24_{9}
priore parte anni 52 a. C. n. **40**, 46_{3}; 48_{1}

Anchialus
rex Heniochorum Machelonumque a Traiano dona accipit **68**, 19_{2}

ancilia
ad tempus in domo pontificis maximi 44, 17_{2}

Ancus Marcius vide Marcius n. 2

Ancyra
Galatiae urbs, primo impetu a Cn. Manlio Vulsone capta **9**, 20_{15}

Andetrium
castellum prope Salonam, ubi Bato obsidetur **56**, $12_{3.\ 4}$

Andraste
dea Victoriae Britannis, a Boudicca invocatur **62**, 6_{2-5}
eius lucus ubi Romanae captivae cruciantur **62**, $7_{2.\ 3}$

Apronius
L. Apronius L. f. Caesianus, praetor, Seiani familiaris, Tiberii calvitiei irrisor, tamen contemptus evadit **58**, 19$_{1.2}$
consul *ind.* **59**; **59**, 13$_{2}$

Apsus
flumen Epiri, ad quem Caesar castra ponit contra Pompeium **41**, 47$_{1}$

Apudius
Sex. Apudius, secundum alios Sex. Pacuvius [Taurus], tribunus plebis in senatu Hispanorum more Augusto se devoturus ab hoc prohibitus plebem urbanam se devovere cogit **53**, 20$_{2.3}$
ut omnes ideo sacrificarent perficit, et in concione se Augustum heredem ex aequo cum filio reliquisse affirmat **53**, 20$_{4}$

Apuli Apulia
ubi habitent **2**,$_{3}$
eorum gentes **2**,$_{3}$ [**9**, 1$_{5}$]
eam invadit [L.] Aemilius [Barbula] **8**, 2$_{11}$, Pyrrhus **8**, 3$_{12}$; **8**, 5$_{1}$
eorum quidam castra Pyrrhi ad Asculum adgressi Romanis causa victoriae fuerunt **8**, 5$_{6}$
ibi Hannibal post proelium Cannense **9**, 2$_{3}$
eo Sena C. Claudius Nero sex diebus redit **9**, 9$_{12}$

Apustius
L. Apustius classi praeficitur cum [P.] Sulpicio Galba contra Philippum **9**, 15$_{2}$
Athenas liberat, Chalcidem vastat, Philippum repellit **9**, 15$_{3}$
Macedoniam invadit et vastat **9**, 15$_{3.4}$
complures insulas subigit **58**,$_{4}$ [**9**, 15$_{6}$]

aqua
ad metalla auri necessaria Salassis causa discordiae cum finitimis **74**,$_{1}$
perenni noviluniis se lustrant elephanti **39**, 38$_{5}$
calida primus Maecenas natatorium instruit **55**, 7$_{6}$
vide quoque popina

aqua marina ad lustrandum adhibita **48**, 43$_{5}$
parva copia affusa flammam magnopere exsuscitat **50**, 34$_{4}$

(for.) litigantibus a Marco imperatore copiose data **71**, 6$_{1}$, item a Septimio Severo **76**, 17$_{1}$

aquae ductus
Campanis datus a Caesare f. (aqua Iulia) **49**. 14$_{5}$
urbibus donat Hadrianus **69**, 51$_{3}$
praeterea vide Roma (aqua)

Aquae
1. Aquae Cutiliae, in Sabinis, ubi Vespasianus moritur **66**, 17$_{1}$
ibi Titus quoque moritur **66**, 26$_{1}$
2. Aquae [Sinuessanae] in Campania, adversus podagram salubres **60**, 34$_{4}$
in eas Narcissus mittitur **60**, 34$_{4}$

Aquila
1. Maecenatis libertus, artem per notas scribendi multos docuit **55**, 7$_{6}$
2. M. [Aquila] C. f. Iulianus, consul *ind.* **59**; **59**, 9$_{1}$
praeterea vide Pontius n. 1

aquila
ex Augusti rogo emissa **56**, 42$_{3}$
e rogo Pertinacis **74**, 5$_{5}$

legionis aurea in sacello, universo tantum exercitu egrediente hibernis effertur **40**, 18$_{1}$
hastae imposita ab uno viro portatur **40**, 18$_{2}$
unguibus fulmina aurea gestat **43**, 35$_{4}$

magistratuum in iudiciis ubi adest, sententia eius ceterorum consiliariorum par est **55**, 34_{1}
senatui permittit, ut se absente de plerisque causis cognoscant **55**, 34_{2}
ad comitia iam non veniens magistratus litteris plebi et populo commendat **55**, 34_{2}
ad bellum Dalmaticum et Pannonicum melius gerendum Ariminum se confert **55**, 34_{3}
vota exitu eius nuncupata, reditu solvuntur **55**, 34_{3}
Tiberio redeunti obviam it in suburbano, cum eodem in Saeptis populum salutat **56**, 1_{1}
spectacula triumphalia per consules edit **56**, 1_{1}
ad maritos et caelibes verba facit **56**, 1_{2}—9_{3}
maritis praemia dat, caelibibus anni spatium concedit, intra quod culpa vacent **56**, 10_{1}
nonnullas mulieres lege Voconia solvit, virginesque Vestales iure trium liberorum donat **56**, 10_{2}
Tiberium iterum in Dalmatiam mittit **56**, 12_{1}
bello Pannonico finito nomen imperatorium accipit, triumphus et duo arcus triumphales in Pannonia ei decernuntur **56**, 17_{1}
clade Variana admodum consternatus, qui nomen dare nolebant gravi poena affectis, exercitum ex veteranis et libertinis conscriptum celeriter cum Tiberio in Germaniam mittit **56**, 23_{1-3}; **57**, 5_{4}
Gallos et Germanos Romae versantes in insulas amandat, corporis custodes inermes abire iubet **56**, 23_{4}
timore paulatim liberatus deum ira cladem sibi accidisse putat **56**, 24_{1-5}
apud eum reos defendit Germanicus **56**, 24_{7}
eius nataliciis ludi equestres in castris exercitus Germanici a Tiberio et Germanico per centuriones eduntur **56**, 25_{3}
sedecim praetores esse sinit, propter multitudinem candidatorum **56**, 25_{4}
haruspices de morte hominis praedicere vetat **56**, 25_{5}
publice constellationem natalem suam proponit **56**, 25_{5}
provincias praesidibus suis honores offerre vetat **56**, 25_{6}
cum praetoribus spectat equites R. in muneribus gladiatoriis dimicantes **56**, 25_{8}
Germanicum senatu, Tiberio senatum commendat **56**, 26_{2}
salutationes deprecatur, petitque a senatu ut sibi liceat sine convivis cenare **56**, 26_{2}
sedens, nonnumquam cubans, salutatur **56**, 26_{3}
equitibus ius petendi tribunatus plebis dat **56**, 27_{1}.
libellos famosos comburi iubet et in auctorum nonnullos animadvertit **56**, 27_{1}
de exulibus diversa quaedam statuit **56**, $27_{2.\ 3}$
invitus quintum imperium in decennium accipit, Tiberio iterum tribuniciam potestatem dat **56**, 28_{1}
Druso Tiberii filio concedit, ut ante praeturam gestam consulatum tertio anno petat **56**, 28_{1}
raro in curiam venit, consilia semenstria commutat annuis **56**, 28_{2}, quibus iura senatus data **56**, 28_{3}
de vicesimae hereditatium mutatione libellum ad senatum mittit **56**, $28_{4.\ 6}$

litteris ad senatum datis in Macrinum invectus ad Augusti et M. Aurelii exemplum omnia se facturum promittit **79**, $1_{2.3}$

commentarios eorum quae apud milites acta erant et Macrini ad Marium Maximum litteras et senatui et legionibus mittit **79**, 2_{1}

in epistula ad senatum se Antonini filium, Severi nepotem, Pium et Felicem nominat et nomina imperii occupat ante quam decernantur **79**, $2_{2.3}$; 8_{1}

a senatu adgnoscitur **79**, $2_{4.5.6}$

[Claudium ?] Pollionem Germaniae praeficit **79**, 3_{1}

Antiochiae aliquot menses moratus hiemem in Bithynia agit (cf. **79**, 7_{3}; 8_{3}) et per Thraciam, Moesiam, utramque Pannoniam venit in Italiam **79**, $3_{1.2}$

in quosdam clementer agens, ceteroquin turpissime et crudelissime se gerit **79**, $3_{2.3}$

ab eo occisi: Iulianus Nestor et Fabius Agrippinus, proconsule Syriae, primoresque equitum R., qui cum Macrino fuerant, item Pica Caerianus Arabiae legatus **79**, 3_{4}, Claudius Attalus proconsul Cypri **79**, 3_{5}, Deccius Triccianus **79**, 4_{3}, [Iulius] Castinus **79**, 4_{4}, Sulla antea Cappadociae legatus **79**, 4_{5}, Seius Carus in palatio **79**, 4_{6}, et Valerianus Paetus **79**, 4_{7}, Silius Messala, ob libertatem loquendi antea in Syriam arcessitus **79**, 5_{1-3}, Pomponius Bassus propter uxorem Anniam Faustinam **79**, $5_{1.2.4}$

Anniam Faustinam ducit ne permittens quidem ut mortem mariti lugeat **79**, 5_{4}

Eutychianum, quem Caesarem facere cuique Soaemidem in matrimonium dare voluit, Nicomediae sua manu percutit **79**, 6_{1-3}

quamquam in litteris primum anno solius Adventi (consulis) nomine indicato mox in Macrini locum suum nomen substituit **79**, 8_{2}

alterum consulatum sibi arrogat nullo magistratu antea gesto; die votorum Nicomediae veste triumphali non utitur **79**, 8_{3}

deum Elagabalum Romam introductum Iovi praeponit seque ex senatus consulto eius sacerdotem facit **79**, 11_{1}

ideo ipse se circumcidit aliosque circumcidi iubet et carne suilla abstinet **79**, $11_{1.2}$

veste sacerdotali Syriaca utitur in publico **79**, 11_{2}

ei statua aurea multiplici ornatu ponitur **79**, 12_{2^2}

[Iuliam] Corneliam Paulam uxorem ducens ordines senatorium et equestrem item uxores senatorum donat **79**, 9_{1}

munera gladiatoria edit praetexta indutus ut etiam ludis votivis **79**, 9_{2}

Paula repudiata [Iuliam] Aquiliam Severam virginem Vestalem ducit, mox repudiatam, aliis nonnullis deinceps ductis, iterum ducit **79**, $9_{3.4}$

certamina et spectacula edit **79**, 10_{2}

cum matre et avia barbara carmina deo Elagabalo cantat et in sacris eius etiam pueros mactat, ceteroquin quoque impure eum colens **79**, 11_{3}

deo Elagabalo despondet Uraniam deam, Carthagine abductam et in palatio collocatam, donis

nuptialibus per totum imperium collectis **79,** 12 $_{1-2^1}$
eius libido in feminis **79,** 13 $_{1.\ 2}$
in cella in palatio instructa meretricem agit **79,** 13 $_{3.\ 4}$
unum [Hieroclem] praefert, quem Caesarem facere vult **79,** 14 $_{1}$; 15 $_{2.\ 4}$
factionis prasinae veste indutus currum agitat domi et publice **79,** 14 $_{2}$
virum agit in iure dicundo, in ceteris rebus mulierem **79,** 14 $_{3}$
saltat ubique **79,** 14 $_{3}$
impurissime vivens Hierocli nubit eumque Caesarem designare volens, aviam militesque offendit **79,** 14 $_{4}$—15 $_{4}$
ab Aurelio Zotico stupratur, quem Roma et Italia expellit **79,** 16 $_{1-6}$
medicos rogat ut se feminam faciant **79,** 16 $_{7}$
populo et militibus odio factus dei Elagabali iussu Bassianum adoptat Alexandrumque nominat **79,** 17 $_{1-3}$; 18 $_{5}$
Alexandro insidiatus in mortis periculum venit militibus tumultuantibus **79,** 19 $_{1^1.\ 1a.\ 1^2}$
cum Alexandro in castra venit et aegre milites placat **79,** 19 $_{2.\ 3}$
coactus turpiter secum viventes dedere, Hieroclem deprecatur **79,** 19 $_{3}$
aviae invisus **79,** 19 $_{4}$
nemo fautorum eius et amicorum salvus evasit praeter Valerium Comazontem **79,** 21 $_{3}$
iterum Alexandro insidias struens cum matre occiditur **79,** 17 $_{1}$; 20 $_{1.\ 2}$
eius caput absciditur, corpus in Tiberim deicitur **79,** 20 $_{2}$
inde Tiberinus vocatus **79,** 1 $_{1}$; 21 $_{3}$
male ab eo acta Domitius Ulpianus corrigit **80,** 2 $_{2}$
imperii tempus **79,** 3 $_{3}$

2. Aurelius Apollinaris, frater Aurelii Nemesiani, tribunus praetorianorum, particeps coniurationis Macrini contra Caracallam **78,** 5 $_{2}$

3. Aurelius Celsus, centurio, Macrinum comprehendit **78,** 39 $_{6}$

4. [M. Aurelius] Cleander, servus Romam venum datus, Saotero cubiculario Commodi interfecto, ipse cubicularius factus, huius concubinam Damostratiam uxorem ducit **72,** 12 $_{1.\ 2}$
Perennem praefectum praetorio graviter odit et ad hunc tollendum Commodum incitat **72,** 9 $_{3}$
libertorum Commodi princeps **72,** 10 $_{2}$
Perenni potentia succedit **72,** 12 $_{1.\ 3}$
ut consules XXV in unum annum designentur efficit **72,** 12 $_{4}$
magnis divitiis corrasis multa Commodo eiusque concubinis dat, multa in aedificia et thermas impendit **72,** 12 $_{5}$; 16 $_{2}$.
ei insidias parat Papirius Dionysius **72,** 13 $_{2}$
plebs propter annonae caritatem infensa eum exsecratur **72,** 13 $_{4}$
iussu Commodi perterriti interficitur cum filio parvulo et multis amicis **72,** 13 $_{4-6}$
senis curribus circenses edit **75,** 4 $_{3}$

5. [M. Aurelius] Commodus Antoninus (= Imp. Caesar L. Aelius Aurelius Commodus Augustus **72,** 15 $_{5}$), filius M. Aurelii Antonini, magna cum cura a patre educatus huius spes frustratur **71,** 36 $_{4}$
natura simplici a malis hominibus corruptus **72,** 1 $_{1}$

C.

se adgressum fortiter repellit **36**, 54 $_{2.\,3.\,4}$
augur et praetor impedit ne C. Rabirius a populo condemnetur, in Ianiculo revulso vexillo **37**, 27 $_{3}$
cum eo Catilina ad suspicionem avertendam degit **37**, 32 $_{2}$
eum fallit Catilina socios conveniens **37**, 32 $_{3}$
in Galliam mittitur ne Catilina hanc sui iuris faciat **37**, 33 $_{4}$
cum C. Antonio Faesulas obsidet et Catilinam progredi prohibet **37**, 39 $_{2}$
Pompeii opera consul creatur **37**, 49 $_{1}$; *ind.* **37**
sorore eius uterina a Pompeio quamquam liberis susceptis repudiata, iratus huius consiliis obsistit **37**, 49 $_{3}$; 50 $_{1}$
eius contentiones cum L. Flavio trib. plebis de agris Pompei militibus dividendis rogationem ferente **37**, 50 $_{1-4}$
Pompeium consilia perficere prohibet **37**, 50 $_{5}$
efficit ne P. Clodius, affinis eius, tribunus plebis fiat **37**, 51 $_{2}$
in legem agrariam Caesaris primo non iurat, deinde metu poenae iurat **38**, 7 $_{1.\,2}$

11. [Q. Caecilius] Metellus [Creticus], consul bellum contra Cretenses obtinet cedente collega [Q.] Hortensio **36**, 1a $_{1}$
Cretenses secum pactos nihilominus aggreditur **36**, 18 $_{1}$
a Pompeio impeditus ante huius adventum bellum conficere cupit **36**, 17a $_{1}$; 18 $_{1}$
ei [Cn.] Cornelius Sisenna persuadere frustra conatur ut Cretensibus parcat **36**, 18 $_{1}$
multa vastat, Eleutherae per proditionem captae pecunias imperat, Lappam, [L.] Octavium ibi degentem nihil moratus, vi capit, Octavium nulla iniuria afficit, mercennarios Cilices necat **36**, 18 $_{2}$
contra eum Aristio et [L.] Octavius communi consilio bellum gerunt **36**, 19 $_{1}$, quibus fugientibus tota insula potitur **36**, 19 $_{2}$, cf. **36**, 17a $_{1}$
cognomen Creticum sumit **36**, 19 $_{3}$, cf. **36**, 17a $_{1}$
neque Lasthenem neque Panarem in triumpho ducere potest, prohibitus auctore Pompeio a tribuno plebis **36**, 19 $_{3}$
contra eum navigare parat Pompeius **36**, 45 $_{1}$
eius et Pompei militibus agros dividendos decrevit senatus **38**, 5 $_{1}$

12. Q. Caecilius [Q. f.] Metellus Creticus [Silanus], consul *ind.* **55**; **55**, 30 $_{6}$

13. Q. Caecilius Metellus [Macedonicus], praetor contra Andriscum missus, ab Attalo adiutus Macedoniam invadit **9**, 28 $_{5}$
equestri proelio victus Andriscum mox in fugam conicit iterumque in Thracia profligat **9**, 28 $_{6.\,7}$
Alexandrum falso se Persei filium esse perhibentem usque in Dardaniam persequitur **9**, 28 $_{8}$
veritus ne Achaei Macedoniam invadant, contra eos contendit et eos profligat **9**, 31 $_{2}$
ei successor in Graeciam [C.] Mummius mittitur **9**, 31 $_{3}$
ei consuli invidet collega [Ap.] Claudius [Pulcher] **74**, $_{1}$
a [P.] Furio [Philo] cum [Q.] Pompeio [Nepote] inter legatos in provinciam ducitur **82**, $_{1}$

14. Q. Caecilius Q. f. Metellus Nepos, tr. pl., Ciceronem im-

Candidus
dux peditum Romanorum, una cum [M. Macrinio Avito Catonio] Vindice equitum praefecto, Langobardos et Obios Istrum transgressos repellit **71,** 3 $_{1a}$
praeterea vide Claudius n. 8, Vespronius

candys
tota purpurea, vestis Tigranis **36,** 52 $_{3}$

Canidius
P. Canidius Crassus, [consul suffectus a triumviris factus] **48,** 32 $_{1}$
regem Iberorum Pharnabazum ad societatem belli compellit, cum eo Albanos vincit eosque cum rege Zobere sibi conciliat **49,** 24 $_{1}$

Caninius
1. L. Caninius L. f. Gallus, consul *ind.* **48**; **48,** 49 $_{4}$; **49,** 23 $_{5}$
2. C. Caninius Rebilus, in locum Q. Fabii [Maximi] mortui in reliquas horas anni consul sufficitur **43,** 46 $_{2}$
Ciceronis dictum de eo **43,** 46 $_{4}$

Caninus vide Acilius n. 3

canis
eis Sardos specubus abditos exagitant Romani **8,** 18 $_{14}$
dominum in mortem secutus **58,** 1 $_{3}$
equorum loco in circensibus **61,** 6 $_{2}$
a prora navis prospectans sigillum Galbae **51,** 3 $_{7}$
praeterea vide prodigia

Cannae
oppidum Apuliae **2,** $_{3}$ [**9,** 1 $_{5}$]
oraculum de eis **9,** 1 $_{5}$
pugna cannensis **9,** 1 $_{9-15}$; 17 $_{1}$
ibi manet Hannibal **9,** 2 $_{4}$

Cannutius
1. Ti. Cannutius, tr. pl., cui [C.] Octavius persuadet ut se ad populum producat **45,** 6 $_{3}$
contionem Imp. Caesari dat **45,** 12 $_{4}$; **48,** 14 $_{4}$
cum aliis ad aram Perusinam interficitur **48,** 14 $_{4}$
2. Canutia Crescentina, virgo Vestalis, a Caracalla incesti damnata, ipsa se a culmine domus praecipitat **77,** 16 $_{3}$

Canopus
urbs Aegypti, ubi cymbalistae **50,** 27 $_{2}$

Cantabri
ubi habitent **53,** 25 $_{2}$
a [T.] Statilio Tauro domantur **51,** 20 $_{5}$
rebellantes cum Asturibus Augustum in Britanniam profecturum retinent **53,** 25 $_{2}$
Augustum crebris pugnis in summas difficultates redigunt **53,** 25 $_{5.\ 6}$
a C. Antistio [Vetere] vincuntur compluribus oppidis captis **53,** 25 $_{7.\ 8}$
multis Romanis dolo occisis a L. Aemilio [Aelio Lamia] puniuntur **53,** 29 $_{1.\ 2}$
iterum rebellant C. Furnio spreto et vincuntur **54,** 5 $_{1-3}$
ab Agrippa summo labore devicti **54,** 11 $_{2-5}$
cf. quoque Astures, Hispani

Canusium
urbs Apuliae; eo se confert [P. Cornelius] Scipio post proelium Cannense **57,** $_{29}$

Capito vide Ateius n. 1. 2, Betilienus n. 2, Fonteius n. 1. 2, Lucilius

Capitolina vide Aelia Capitolina

Capitolinus vide Iuppiter, Manlius n. 2. 3, Quinctius n. 2

Capitolium vide Roma

Cappadocia
in ea duae urbes Comana nominatae, non multum inter se distantes **36,** 11 $_{2}$

multi in vinculis moriuntur, pauci venumdantur, nobilissimi in Italia custodiuntur **9,** 30_{9}
urbem delendam censet Cato, servandam L. Scipio Nasica **9,** 30_{7}, deletur decernente senatu **9,** $30_{8.\,9}$
cf. praeterea **57,** $_{54.\,55.\,76}$; **72,** $_{2}$; **38,** 38_{2}; 40_{6}; **41,** 30_{2}; **44,** 25_{2}; 30_{4}; **50,** 24_{3}

Carthago colonia
colonia Romana a Caesare instauratur et postea urbs clarissima fit **43,** 50_{3-5}; **9,** 31_{9}
ei parte incolarum orbatae [M. Aemilius] Lepidus coloniae ius sustulisse videbatur; ideo eo denuo Imp. Caesar colonos deducit **52,** 43_{1}
eo Surdinius Gallus senatorii ordinis exuendi causa migrat **60,** 29_{2}

Carthago nova
ab Hasdrubale conditur **8,** 19_{1}
a Scipione capitur **9,** $8_{3.\,4}$
ibi ludos funebres in honorem patris et patrui edit Scipio **9,** 10_{3}
a Cn. Pompeio oppugnatur **43,** 30_{1}
a S. Pompeio obsidetur **45,** 10_{3}

Carthalo
1. Poenus, Aegithalum expugnat, L. Iunium [Pullum] capit **8,** 15_{14}
Italiam bello petit, in Siciliam redit **8,** 16_{1}
mercennariis tumultuantibus Hamilcar ei successor datur **8,** 16_{2}
2. Poenus, legatus de permutandis captivis, intra moenia Romae non admissus **57,** $_{36}$ [**9,** 6_{11}]

Carvilius
1. [Sp.] Carvilius [Maximus], C. Iunii Bruti legatus **8,** 1_{10}
Samnites subigit **8,** 6_{12}
2. Sp. Carvilius [Maximus Ruga] Corsos et Sardos subigit **8,** 18_{10}

Carus vide Seius n. 1
casa Romuli vide Roma
Casca vide Servilius n. 9. 10

Casilinum
oppidum Campaniae, ab Hannibale obsidetur; eius praesidium redemptum et honoratum **9,** 2_{13-15}

Casius
1. mons Aegypti; ad eum Pompeius necatur et sepelitur **42,** $5_{5.\,6}$
2. mons Syriae, terrae motu concussus Antiochiae ruinam minatur **68,** 25_{6}

Casperius
Casperius Aelianus, praefectus praetorio Domitiani et Nervae, milites incitat ut ab Nerva Petronium [Secundum] et Parthenium deposcant **68,** 3_{3}
a Traiano arcessitur et occiditur **68,** 5_{4}

Caspium mare
usque ad id a Ponto tendit Caucasus mons **37,** 5_{1}

Caspiae portae
ad eas expeditionem parabat Nero nec suscepit **63,** 8_{1}

Cassius
1. [Cassius] Apronianus, pater [Cassii Dionis Cocceiani], legatus Dalmatiae **49,** 36_{4}
legatus Ciliciae de adoptione Hadriani singula filio narravit **69,** 1_{3}, cf. **72,** 7_{2}
2. Cassius Asclepiodotus, Nicaeensis, amicum [Baream] Soranum reum testimonio suo levat; a Nerone in exilium missus a Galba restituitur **62,** 26_{2}
3. Cassius Chaerea, tribunus cohortis praetoriae, vir antiquis moribus, ut effeminatus a Gaio notari solitus, coniuratione

causa Commodi res scripto mandat **72**, 23$_{2}$

quod cum valde ceteris et ipsi Severo placeret omnes res Romanas conscribere statuit, et cum iis, quae iam scripserat, uno opere coniungere **72**, 23$_{3}$

cum labori succumbens historiam conficere nollet, a Fortuna in somno confirmatur, atque etiam in spem ducitur opus in futurum obscuratum non iri; cui deae obtemperat **72**, 23$_{4}$

post Severi mortem somnio exercitum armatum et ipsum Severum pro tribunali apud milites contionantem videt, qui eum haec omnia conscribere iubet **78**, 10$_{1.2}$

in Bithynia somnio iubetur versibus quibusdam opus suum concludere **80**, 5$_{3}$

omnia quae populus Rom. gessit ab urbe condita usque ad mortem Severi decem annis collegit, opus conscripsit duodecim aliis annis, cetera quousque liceat memoriae traditurus **72**, 23$_{5}$

Capuam eligit quietis causa, ubi vacuus a negotiis historias conscribat **76**, 2$_{1}$

ex omnibus rebus a populo Rom. gestis elegit quas sibi tradendas sumeret, et haec sine ulla exornatione tradit, initium faciens ab illis temporibus, de quibus certissima tradita sunt **1**, $_{2.3}$

res Romanas domi bellique gestas memorabiles conscribet, ita ut nihil necessarii desideretur **1**, $_{1}$ (I p. 12)

aliorum populorum tantummodo res describet, quatenus Romanas tangunt **2**, $_{4}$

a principatus initio, res commemorabit, sicut ab aliis vulgatae sunt, sive revera ita, sive aliter acciderunt, nonnumquam apposita sua opinione, si licuit ei ex eis quae legit vel audivit coniectare rem aliter factam esse atque vulgo traditum sit **53**, 19$_{6}$

de insidiis quibus principes petitae sunt ita scribere in animo habet ut vulgo feruntur **54**, 15$_{2.3}$

visa et audita tantum ut vidit et audivit refert, etiam non intellecta **68**, 27$_{3}$

inde a temporibus Commodi scribit quae ipse vidit **72**, 4$_{2}$

res Commodi narrans nihil reticendum sibi esse putat, sed res minimas perinde ac maximas tradere se oportere **72**, 18$_{3}$

quae ipsius aetate facta sunt, accuratius perscribit quam superiora, partim quod ipse eis interfuit, partim quod ei persuasum est, neminem ex scriptoribus ea tam explorata habere **72**, 18$_{4}$; 14$_{3}$

Romae cum diu commoratus non sit, res [Severi] Alexandri pari diligentia atque priora conscribere non potuit **80**, 1$_{2}$; 2$_{1}$

ei pater legatus Ciliciae omnia de adoptione Hadriani narravit **69**, 1$_{3}$

mores Pannoniorum bene novit cum ipse legatus Pannoniae fuerit **49**, 36$_{4}$

omnes nobiles viros a Caracalla occisos nominatim persecutus est **77**, 6$_{1}$

quomodo imperium Romanum regendum esse putet exponit [M. Vipsanium] Agrippam et [C.] Maecenatem loquentes inducens **52**, 2$_{1}$—40$_{2}$

quid de vaticiniis sentiat **57**, $_{22}$

eo nato pater nihil splendide agit neque ei Augusti nomen dari patitur **60**, 12$_{5}$
eius natalem praetores sponte spectaculo et epulis honorant, quod exemplum postea praetores si vellent secuti sunt **60**, 17$_{9}$
ei senatus cognomen Britannicum post victoriam patris decernit **60**, 22$_{1.\,2}$
eius ultionem metuentes libertini Claudio persuadent ut Agrippinam ducat **60**, 31$_{6a}$
eius educationem data opera neglegit Agrippina **60**, 32$_{1}$
in nullo honore est, fidelissimis ministris ab Agrippina expulsis aut necatis **60**, 32$_{5}$
eius praeceptor Sosibius **60**, 32$_{5}$
ab Agrippina omnibus modis vexatur **60**, 32$_{5}$
eum pater successorem sibi relinquere statuit et toga virili induere **60**, 34$_{1}$
